



R.D. Jacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

55. In Festo S. Dionysii quadripartita mirabilis Deus in sanctis suis ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ benedictus Deus. Psal. 67.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

9. Octob.
LECT. 14.
quadrip.

Mirabilis Deus in Sanctis suis, ipse dabit virtutem
& fortitudinem plebi sua, benedictus
Deus. Plal. 67.

Exordiu.

Quicquid Deus per Sanctos suos admiratione dignum erit, quicquid virtutis & gratiae, quicquid sublimium donorum in eis recondit, quae postmodum publicitus patere ac lucere facit, id primum quidem in gloriam suam, ac deinde ad fidelium confirmationem & instructionem ordinar. Quapropter merito cum Propheta Regio psallimus: *Mirabilis Deus in Sanctis suis, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi sua, benedictus Deus.* Certè quicquid gratiarum ac admirabilium operum in S. Dionysio effulsit, id primum ad fidei propagationem in plebe adhuc infirma & rudi ordinatum est; atque in finem usque saeculi ad Ecclesiae profectum & firmitatem proficere. Benedictus ergo Deus, qui per Sanctos suos, omni ævo mirabilia operans, virtutem sic dat & fortitudinem, ac benedictionem plebi suae, eam exhortans & animans ad eorum sectandam virtutem, & venerandam dignè memoriam.

Cum autem in omnibus Sanctis suis, & servis electis, Deus se admirabilem reddat, specialiter S. Dionysium orbi reddidit admirandum quadruplici ratione.

- Primo in conversione ad fidem & sapientia mundi, Secundo in Sapientia divina ei infusa.
- Tertio in constantia martyrii.
- Quarto in miracula post martyrium.

Propositio.

Pars I.
Demarabilis conversione
Dion. A. J. p. 11.
mundi ad fidem.
i. Cor. 1.
Ibid.

UT igitur primò intelligamus, quare admirabilis merito dicatur ejus conversio, temerandum quod Apostolus dicit: *Videte fratres vocacionem vocastis, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quae stulta sunt elegit Deus, ut confundas sapientes; et non gloria mundi elegit Deus, ut confundas fortis; ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus.* Rursus illud attendendum ex eodem Apostolo: *Judaei signa petunt, Graeci sapientiam quaerunt.* Nos autem praedicamus Christum crucifixum, *Judaei quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* Hoc certè manifestum fuit, dum Paulus Athenas, est ingressus praedicans Christum; cum enim non agnoscerent sapientiam, quae est desuper, descendens à Patre luminum, quam praedicabat Paulus, sed stultitiam eam reputarent, dicebant de eo: *Quid vultis scire? hic dicitur deus, qui non est deus, sed homo.* Vocant eum verborum seminatorem & spemiologum, quasi nihil rei & veritatis sub cortice verborum, nihil medullae sub palea sermonis habentem. Alii dicebant, *Novorum demoniorum annunciator est.* Alii denique aliter eum irridebant, dum resurrectionem mortuorum annunciasset. Sic sapientibus hujus mundi Christum crucifixum annuncians ut Deum.

Jacob. 1.
A. J. 17.

serenam, Deus cordis mei, & pax mea Deus in aeternum. Dignatus est ei Dominus susceptionem & electionem ipsius ad gloriam ei biennio ante mortem praesignificare & revelare. Ipse verò adeo exhilaratus est spiritu, ut rotato oculo ab hac revelatione non aliud mente & voce ageret: *Laudetur Dominus, laudetur Dominus, laudetur Dominus, ipsi gloria in saecula saeculorum.* Nempe attentis cordis auribus audiverat illud celeste oraculum: *Deus omnia gratia, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passus ipse perfecerit, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria & imperium in saecula saeculorum, Amen.* Sciens ergo illud modicum brevi finendum, securitatemque accipiens gloriae suae consummationis, non potuit aliud resonare quam Dei gloriam, nec horas quidem canonicas legere, nec cibum sumere, totus absorptus in Deum & Dei laudem.

1. Pet. 5.

S. Franc. moventis.

Psalm. 42.

Cum porò appropinquaret dies, quo Deus cum aeternitatis amplexu suscipere determinaret, iussit se ad Ecclesiam S. Mariae Angelorum deferri, & super nudam humum collocari; ut ubi accepterat primitias spiritus & gratiae, ibi redderet spiritum vitae. In nuda ergo decubens humo, accepit mutuo vestem à Fratribus, ut usque ad extremum spiritum altissimi paupertatis (tanquam sponsae ardentem & penitentem adamatam) daret non obsecrum indicium. Ibi Fratres adhortatus ferventissimo spiritu ad regulam observationem perfectam, ad fidei Catholicae firmam obedientiam, ad paupertatis & obedientiae religiosae vigorem & rigorem, in extremo spiritu Psalmum: *Vox mea ad Dominum clamavit, quae potuit cordis vocis contentione pronuntiavit, & in illius extremis verbis spiritum reddidit Creatori, dicens: Educ de custodia animam meam ad consistendum nomini tuo. Me expectant iusti, donec retribuas mihi. O felix anima, quae de corpore & saeculo erepta, velut avis de laqueo & custodia, directissime liberis pennis volatum inquit ad Dei gratissimum suum, ubi aeternum quiete gregem galeat. Ita quiete dicam? Imò verò, ut possit perpetuo volare, pennisque perfectae visionis & amoris sine intermissione in objectum beatificum tendere, & cum sanctis mysticisque animalibus non habentibus requiem die ac nocte, Sanctus, Sanctus, Sanctus decantare. Neque solum animam suscepit Deus, sed & corpus fulcens illud, ita ut haec tenes steteret erectum.*

Exclusio.

Serve Dei electe, in quo tibi complacuit Dominus; trahere nos post te, ut sequamur vestigia illa, quae nobis praevio virtutis exemplo impressisti. Trahe nos, ut sequamur quoque sacratissima illa vestigia, quae tibi filius Dei impressit omnibus exhibenda. Trahe nos, inquam, in funiculis Adam, in vinculis charitatis, disruptis funiculis vanitatis, ut per effectum Dei voluntatem adimplere possimus, ac per penitentiae ac pietatis securam fecerim ad mentem Dei pertingere: ubi illum tecum jugiter contemplantur, & colluctantes valeamus.

Deum, non nisi fultitiam loqui videbatur, & mentis male sane esse.

Tanto ergo admirabilior censeri debet conversio Dionysii ad unam predicationem Pauli, quanto majora impedimenta ei aderant, à fœculi & carnis prudentia, à fastu & honore, à nobilitate præminentiâ, nec non à conjugii voluptate. Dionysium aobilit orrum sanguine, clarâque propagine, passim etradunt vitæ ejus scriptores, quam nonnulli deducunt à quodam Dionysio Magno, & nominatissimo, quia vitis apud Athenas primus fuit inventor. Ita tradit Hiljanus Abhas S. Dionysii, ex variis, cum Græcis, tum Latinis Auctoribus. Excelluisse autem Dionysium in sapientia sæcularis Philosophiæ omni genæ notissimum est. Nam annos ægens ætatis quinque supra viginti, cunctis penè artibus imbuitus, unâ cum Apollophanio consoldali & philosopho in Ægyptum profectus est, ad ediscendam perfectè astronomicam disciplinam, quam Helio poli edoctus fuit. Ibi enim tempore Passionis Domini illam eclipsim & defectum Solis advertit, quando lucis sue radios in terræ noctis horrorem commutavit, atque orbis climata caligine obtegit. Agnovit autem defectum illum Solis non fieri secundum regulas astronomiæ, sed divinum quoddam miraculum portendere. Unde exclamasse dicitur cum stupore: *Aui Deus natura patitur, aut mundi machina dissolvitur.* Eius quoque sublimis emittentiæ & auctoritas eo se elucefcit, quod inter Judices Ateopagi primarios ageret, ab omnibus honoratus in illo Senatu Græcæ famossimo, ad quem omnes arduæ causæ referrebantur, tanquam in quo Principes & Præfecti ac Custodes Reipublicæ præfiderent. Erant ergo Ateopagitæ honore sublimissimi, doctrina spectatissimi, usu perpicacissimi, habebanturque eorum sententiæ tanquam oracula. Itaque cum S. Dionysius unus fuerit ex Senatoribus illis, (imò Primarius inter ceteros, moderamina disponens in loco illo qui Ateopagus dicitur) sive Martis vicus & Martia curia, quia & juxta eum locum Martis simulachrum colebatur) non pauca vincula eum tenere poterant, & à fide retardare.

De Ateopago v. Laicus Corn. inc. 17. Ateop.

Job 17.

Verum cum Deus ex omnifatu aliquos sibi delegerit, etiam potentes non abiecit, eorum sibi ipse potens, & similiter sapientes non despicit, cum sit ipse sapiens; sed sapientiam vanam, terrenam, carnalem, animalem, diabolicam, novit convertere in sapientiam veram, cœlestem, spiritualem, supernaturalem, divinam. Idque subitè potest efficere, nec eget longa temporis mora. Ubi enim Deus Magister est, quam citò discitur quod docetur, inquit S. Leol O qualis artifex est Spiritus Sanctus! Mox ut tetigit, mentem docet, salumque tetigisse, docuisse est. Nam humanum animum subitè ut illa stræ, immutat; abnegat hoc verè quod erat; exhibet repent. quod non erat, inquit S. Gregor. hom. 20. in Evang. Unica ergo prædicatio Pauli virtute Spiritus S. Dionysium potuit convertere. Unica vox ejus qui confringit ce-

Psal. 28.

ros, & preparat cervos, potuit eum à celsitudine claræ sapientiæ humiliare ad capeffendam fidei humilem veritatem, & præparare eum ad curandam viam mandatorum Dei.

Sed dignum est considerare occasionem & virtutem prædicationis Paulinæ, qua conversus fuit ad unam S. Dionysius, quæ in hodierna lectione ex Actis A. S. Pauli postolorum recitætur. Cum enim Paulus Athenis prædicantem annuñciaret nonnullis Christum, rapuerunt eum & ducerunt in Ateopagum, ut ibi esset nova religionis judicaretur, & si reus foret, plecteretur. Ibi stans in medio Senatus, sic est exortus: *Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiones vos video. Præteriens enim & vident simulachra vestra, invenni eam, in qua scriptum erat: IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Quid porro per hanc inscriptionem significare voluerint Athenienses, variè sentiant interpretes. Inter hos cum Chrylostomo, Oecumenius sic loquitur: Duas causas referunt hujus inscriptionis. Aliqui dicunt Athenienses misisse ad Lacedæmonios, de ferendo auxilio, cum Persæ exercitum ducerent in Græciam. Quorum nunciis Pan obriam factus, accusabat Athenienses, quod se neglecto alio Deo colerenti & opem promissi. Illi victoria potiti, templum ei aramque erexerunt; & ne in posterum simile quid eis accideret, si quempiam ignotum sibi Deum prætermiserent. Aram illam inscripserunt, Ignoto Deo, dicentes: Si quis adhuc alius à nobis ignoretur, hæc ara erecta esto, quo nobis propitiatur. Alii dicunt pestem Athenis grassatam, ex cultu vero Deorum suorum nihil adjuvamenti sensisse. Intelligentes ergo quendam fore esse Deum, quem sine honore reliquerunt, qui pestem immisisset, novam aram extruxerunt inscriptam, Ignoto Deo. Hæc quos sequitur Lyra, Oecumenius.*

Act. 17.

Tertius est Michael ti sensisse. Intelligentes ergo quendam fore esse Deum, quem sine honore reliquerunt, qui pestem immisisset, novam aram extruxerunt inscriptam, Ignoto Deo. Hæc quos sequitur Lyra, Oecumenius.

Recentiores Interpretes censent ignotum Deum fuisse Christum, cui Athenis ara erecta sit. Cum enim eclipsim factam in morte Christi videret Dionysius, exclamavit: *Deus ignotus in carne patitur, id est mundus hinc tenebris obscuratur.* Deus ergo ignotus, erat Deus patiens, cui tanquam mago Deo, quia ei natura luctu & mutatione mirabili parentaret, aram erexerunt. Denique, alii censent Athenienses à Philosophis & Sibyllis intellexisse Deum verum esse invisibilem, absconditum, inaccessum, & incomprehensibilem; ideoque aram ei statuisse, Ignoto Deo. Quod enim Deus hic ignotus, fuerit verus, non falsus aliquis ex eis Gentium, indicat S. Paulus, dum dicit: *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus qui factus in mundum, &c.*

Ita Corr. Baro Lortin. & alii.

Quicquid sit, Paulus oratione plena spiritu & gravibus sententiis, multos obtupescit, ita ut dixerint, *Audiamus te de hoc iterum.* Sicque cum honore dimissus fuit, fideique testimonium quoddam initiale datum est; quia nullius facti reus judicatus fuit Paulus perorans, nec ab ullo convinci potuit. Sed & nonnulli perfectè ei ex tunc adhæserunt, & veritati annuñciatæ crediderunt, inter quos specialiter nominatur Dionysius, dum dicitur: *Quidam*



vero viri adhaerente: ei crediderunt, in quibus est Dionysius Areopagita. Graeca habent articulos. Quasi dicitur: Ille Dionysius, ille Areopagita, famosus scilicet Areopagitarum Princeps. Miratur hanc oblitescationem Atheniensem & conversionem Dionysii, ac aliorum Philosophorum Areopagi, antiquus Poeta scribens:

Arator in Causa.

O Lupe Paularapas, quid jam remanabit in orbe, Quod non ore trahas, postquam solertia Graja Cessit. Et indoluit in dogmatis vincit Athenas.

S. Dionys. ep. 21.

Magnum vero huic conversioni S. Dionysii jecurat anrea fundamentum Dei specialis providentia, dum celsipis illa miraculosa ab eo visa fuit Heliopoli, cujus rationem reddere non potuit; illam autem ei plenius explicavit S. Paulus, sicque Ignotum Deum, notum ei reddidit. Quapropter sic hac de re scribit ad Apolloniam: Ut autem lux superna paterna gloria splendorem in tua mentis tenebras radice suo proposito deflavit, penetrantibus cordi mei insudat, ut tibi memoriale passim recordarer, qualiter in Heliopoli pariter morabamur, cum feria quadam sexta, hora etiam ferme sexta, Luna se inficente. Sole est horribiliter obscuratus; quosvisque sum apud re, quid hinc tibi videretur? Ex quo prudentia tua respondit, quod adeo tenaciter cordis mentis mea insudat, ut nulla oblivitione abradat, nulla mortis imagine vacillet aboleri: Respondisti, inquam, mihi omne divo, Et non humani sensus sermone. Ista o Dionysii, divinarum retributiones sunt rerum. Denique notatum feria diem Et annum annunciationi, quam Paulus a nobis nostris suspensis insonuit, signis acclamantibus conat dare experius, dedi veritati manus, Et falsitatis sum nexibus absolutus. Hac S. Dionysius. Itaque elucescit, quomodo per Paulum agnovit Deum illum antea sibi ignotum, & miraculum deficientis Solis in ejus morte: propterea ad illum toto corde est conversus.

M. lib. in vita Dion.

Simul cum ipso mulier nobilis & primatia, nomine Damaris, conversa est, quam nonnulli ejus fuisse uxorem dicunt, cum S. Chryostomo lib. 4. de Sacerdorio, & Ambrosio ep. ad Eccl. Vercellen. Adjungunt & aliqui S. Hieronymum focium fuisse conversionis, quem minime laudat S. Dionysius, vocat enim ab eo, Inebrius Praceptor non solum discens, sed Et patiens divina, Et consummatus. Omnesque post Apostolos Doctores superasse asserit, cap. 3. de divinis nominibus: Omnes Doctores superavit, Totus extra se positus, divino numine afflatus, divinus laudator ab omnibus iudicatus: ideoque Hierotheus, id est, sacer quidam Deus, Et Praceptor noster. De quo sic habet Martyrol. Rom. Athenis S. Hierothei, discipuli S. Pauli. Et specialiter Menologium Graecorum, die 4. Octob. Natalis S. Patris nostri Hierothei, qui fuit unus de numero Areopagitarum, qui ab Apostolo est instructus, una cum magno Dionysio, Et cum religiose crevisset, migravit ad Dominum. Ergo nobilitate fuit praedicatio S. Pauli & conversio Dionysii, talis locare. De qua in Actis dicitur: Ex aliis enim eobedierat conversi sunt, ipse tanquam Lux, & alii ejus,

e 2. de div. vit. nom. lib. 2. 3.

Ro. Mar. 4. Q. 2. b.

exemplo. Sic rursus hic repetimus. *Benedictus Deus, Mirabilis in sanctis suis,* mirabilis in conversione eorum.

Secundo, admirabile orbi reddidit Deus S. Dionysium sapientiae divinae ubertate, post ejus conversionem. Quanto enim prius fuerat humana Philosophia eminentissimo, postmodum excelluit celestis & arcana scientia; quam maxima parte hausit se a divino suo Praeceptore Paulo, haud dubium est, S. Dionysium ei per triennium adhaerere, ab ejus ore percipere, & mysteria caelestia fidei nostrae edicens. Testantur hanc sapientiam libri ab eo editi de celestibus hierarchia, sive de Angelorum principatu & ordinibus; ubi divino ulus stylo, fulguranti sermone, se ejusdem panis quo vivunt. Angeli alimento replerem ostendens, de illis insigni eloquentia & profunda intelligentia differt; sicut revera is qui in caelo posuerat os suum, de conversatione degerebat. Testatur eandem libri de Ecclesiastica hierarchia, & libri de divinis nominibus. In prioribus enim sublimiter explicat cuncta quae sunt in Ecclesiasticis & sacratissimis mysteriorum consecrationibus, Angelico ministerio, cum ministris altaris & Hierarchia, id est, Sacerdote cooperante, & Deum collaudante. Ibi ergo agit de baptismatis illuminatione, de sanctissima Eucharistiae consecratione, de sancti christi in initiatione, de Sacerdotalibus perfectionibus, de perfectis ordinibus Monachorum saeculo renunciantium. In libro autem de divinis nominibus, nominum illorum quae sacre littere Deo attribuantur, rationes & causas sublimiter & praeclare aperit.

T. lib. 5. Dionysii.

Exat Lud. Rog. ca. de resp.

Scripturam testimonis. (in modum O. B. m. minus. collecti) redolentes. Inter illas, notabilis est illa, quam scripsit ad Demophilum, per sapientiam sibi datam. eam. redarguas, quod peccatorem quocumque.

quendam, qui à fide defecerat, prohibuisset recipi, & ad sacerdotis pedes prostratum abstraxisset, ac calcæ abiecerit, zelo, non secundum scientiam. Inter alia sic eum alloquitur: Non habemus Pontificem qui non possit comparari in infirmitatibus nostris; sed ipse innocens & misericors non erumpet, neque clamabit. Mitis enim est, & propitiatio pro peccatis nostris. Quapropter non recipimus, o Demophilæ, tuos zelantes impetus etiamsi decies millies refusam Phineem & Eliam cum audierimus illa, quæ placabant & dissiuebant benigni Jesu à discipulo eius, qui fuerunt in carnis commemoratio: participet mansueti & benigni ipsius spiritus. Docere enim, non cruciare oportet ignorantes; sicut & cæcos non cruciamus, sed manducamus. Benignus namque errantem inquirat, & refugientem vocat, atque vix in ventum in humeris tollit. Qui & refugientibus cupidè jungitur, & non de dignatur designari à se recitentibus, & sine causa provocantes se tolerat; & ipse excusat: immo promittit mederi eis, & appropinquantibus sibi præoccurrit & obviat, & totus totos exosculatur, & non accusat, aut improperat eis priora eorum, sed diligit præsentia, & diem festum agit, & convocat amicos, benignos scilicet Angelos, ut sit omnium delictantium habitatio. Hæc ibi tubi & postmodum enarrat visionem S. Carpi, à Christo reprobati ob similem zelum nimium erga peccantem quempiam.

S Dionysii
habuit spiritum prophetiam.

Neque solum plenus fuit Dionysius spiritu sapientia & intellectu, sed etiam spiritu prophetia. Quamobrem S. Joanni Apostolo prædixit celerem reditum ab exilio in Patmos, ut per Asiam verbum Dei rursus annuntiaret; quod sanè occiso Domitiano impletum est, eodem anno quo id ad S. Joannem scripserat Dionysius. Hæc epistola decima inter ipsius Epistolæ.

In Galliam
divinitus
designatur.

Propter hæc dona & talenta eminentissima, ab Apostolo fuerat ordinatus primus Atheniensium Episcopus: ac sub ipso floruit Atheniensium Ecclesiam, restat Origenes 13, contra Celsum: asseritque illam protulisse viros doctrina & sanctitate illustres, sapientia & sanctimonia Dionysii irrigatam. Propterea etiam cum Romam adivisset, ubi S. Clemens clarum Ecclesiæ tenebat, divinitus Clementi inspiratum fuit, ut in Galliam eum mitteret propaganda fidei gratia. Nempe Deus omnipotens, veri Solis, id est Jesu Christi, radio splendidissimo & orientali, id est, sanctissimo Dionysio, voluit occidentales tenebras illustrare; & murum validissimum infidelitatis, qui totius Gallia & Germaniæ terminos occupaverat, providit tali aere destrui, tantoque potentissime eloquentia speculo gentilitatem perterere, atque omnem Galliam ipsius Apostolatu sublevari, quam Mercurio dæmoniacæ servitute constabat miserabiliter occurrere. Hoc statuerat Deus firma æterni consilii sui dispositione; ideo cor B. Clementis & Dionysii validè tetigit, ut in hunc modum S. Clemens Dionysium alloqueretur: *Notum est tibi, dilectissime frater, quanta sit mensis Dominicae gratia, quam pauci operarii, parvæ namque Domini*

ni, & partes aggredere Occidentis, & omnem suscipiens Galliam, opus fac Evangelista: Sicus D. Jesus Pertrahidit, & ego sancta hereditatis jure suscepi, refertem ligandi atque solvendi; sic pro Apostolatus sorte illam tibi Apostolica auctoritate communico. Sicus fuit Dominus cum Patribus nostris Petro & Paulolo, ita tecum sit, quocumque te verteris. Nec verearis multitudinem & atrocitatem gentis barbaricæ: quousque laboraveris, plus accipies mercedis; & absque dubio multitudinem innumeram ex semine Evangelii fructum gloriosam Domino, tibi in æternum gaudium, concedes.

Agnovit vocationem suam S. Dionysius, & nulli labori pepercit, ut illam adimpleret; veniensque in Galliam cum sociis suis Presbytero & Diacono, Rustico & Eleuthero, ubique annuntiavit regnum Dei virtute multa, donec Lutetiam Parisiorum primariam Gallia urbem, perveniret, ejusque incolæ ad fidei veritatè traduceret. Quod quidem sapientia auctoritate & miraculorum serie ita perfecit, ut mox in regia urbe, urbi Gallorum & Germanorum Nobilitas concurrebat, certatim se illi subderet, & Gallicanus cochurnus, & Germanica cervicofitas, Christi jugum & baptismum cum contritione depolens; frustra viscendente Sacerdotum turbæ, qui idolorum cultum tutari etiam armis & seditionibus conabantur. Etenim frequenter in eum cum plebe armata impetum facere cum pararent; ita luce occlesi in eo radiante percussit sunt, ut vel se illi prostererent compuncti vel pavore nimio solverentur, & aufugerent. Sic legebat portio victa diaboli, dum victrix Ecclesiæ legio de eorum triumphabat. Rursus ergo hic meritè repetimus: *Mirabilis Deus in sanctis suis, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.*

Terriè admirabilem reddidit Deus S. Dionysium, per constantiam, quam in sua exhibuit passione. Mirum planè & rarum, tam provecus ætatis virum, qui centum & decem annos attingeret (teste Baronio) tot tormenta potuisse pati infractum & invicto planè animo. Dicebat olim Sixtus Laurentio: *Nos quasi senes, leviori pugna eversum recipimus, te autem, quasi juvenem, manet gloriosus de Tyranno triumphus.* At Deus, ut se in servis suis tanto admirabiliorem reddat, non semper eligit fibrenti ætate Laurentios, aut Vincentios, aut Sebastianos, ad sui nominis acerrimos in tormentis confessionem; sed infirmos quoque eligit, ut confundat eos, qui in fortitudine sua gloriantur. *Ætas* præcis Romanis ineptia judicabatur ad militiam infra annos septendecim; & supra annos quadraginta sex. At nova bella eligens Dominus infantes sua ad se iubeat militari, nec senes quantumlibet provecos præterit. Ab non gloriosum videret Eleazarum nonaginta annorum fortiter pro lege occumbentem, cum tam facile posset effugere, simulando se comedisse carnes leprovetas; Sed audiam: *Non curat in se ipso dignum esse gloriam, ut multum moleste continere arbitretur se loco.*

Part III.
De mirabile constantia S. Dionysii.

innotuit.



nonaginta annorum transisse ad vitam alieni generum, propter simulationem meam, & propter modicum corruptibilis vite tempus decipiantur. Quapropter fortiter vita excedendo dignus senectute apparebo; adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo pro sanctissimo legibus honesta morte perungar. O fortem & gloriosum virum emeritae senectutis!

litate canissem, atque a puero optime conversationis alius. Hac omnia in eo coronam dignitatis continebant. Sic & in S. Dionysio nostro, eadem senectutis corona, non solum ex canitie & annis, sed maxime ex meritis & virtutibus omnigenis constabat. Nec illa deceret, de qua sapiens: Corona senum filii filiorum. & gloria filiorum patris coronam. Sive illa, de qua Apollolus: Fratres mei charissimi & dilectissimi, gaudium meum; & corona mea, sic fatis in Domino. Multos enim jam filios in Christo genuerat, quibus gloriosus cingebatur, & per quorum conversionem eternitatis coronam sibi promeruerat.

S Dion pa- rians mar- tyrium fuit 110 anno- rum.

An non gloriosius videre Dionysium, censum & decem annorum, pro lege Christi ad tormenta hinc inde perductum, & audire eum intrepidè Tyranno pro sua senectute à crimine vindicanda respondentem? Tunc es ille nefandus senex, ait ei Præfectus Fesc. nnius Sifannius, qui diceris Dionysius, & agnominatus Macarius, quiq; Deorum cultum evachus, & Imperatorum decreta contemnisti? Cui B. Dionysius forti animo & voce: Senex sum corpore, sed fervore devotionis & fidei, salutarique confessione Salvatoris Jesu Christi maneo semper novus, & novos illic genitos per ministerium predicationis meae infantes, quos illi fons sacri baptismatis parturit, rationabili laete pacere sine dolo non cesso. Sed & illius Imperatoris scita, qui vere invictissimus, mundo corde & opere conservo. O dignam celo, cedoque vocem!

Hæc igitur omnia considerans, mirabili constan- tia se gessit in variis, quibus affectus fuit, tormentis. menta que Primò enim accitimè flagellatus fuit, sed inter cre- S. Dion. pitantia verbera lætus dicebat adstantibus fidei- periali- bus: Laudem Domini loquuntur ei meum, benedicit omni cuvo nomen ejus, sanctum; Signata passiois Do- mini perferre dignus habitus sum pro confessione nomi- nis ejus; hæc est gloria vestra, & Christi fideles: & dile- ctissimi fratres. Videte, ne deficiatis in tribulationibus meis, sed magis armentur corona vestra: & ob amorem Jesu offerte promptè corpora vestra.

Surius in vita coru.

Hanc imitati sunt nonnulli Martyres decrepita ætatis. Sic S. Arctha, beatum se dicebat, quod in profunda senectute annorum nonaginta quiaque fieret Martyr, & fide, & animo planè alacer. Sic S. Polycarpus, octuaginta sex annorum, coram Tyranno fortiter loquitur, fortius patitur in medio ignis se odoriferum offerens holocaustum. Sic B. Eusegius centesimum etiam & decimum agens annum, exprobat in faciem Juliano Apostata: deserta fidem, & securus secuti caput subjicit. Sic S. Simeon, Episcopus Hierosolymæ, centum & viginti annos agens crucis acerbitatem pertulit. Ego senibus emeritis sua Deus trophæa servat, & coronas.

Secundò, superlectum ferreum suppositis flam- mis extensus est nudus. At tanquam hostia accepta Domino canebat: Ignitum eloquium tuum vehementer, & servus tuus dilectus illud: & viderem, Jesu Chri- ste, qui dixisti: Cum iraseris per ignem, flamma non nocet tibi; fac ad gloriam nominis tui hunc ignem me superare, quia periculosiorem flammam in cupiditati- bus dedisti vincere.

Euseb. l. 3.

Tertio, ambusto corpore levatus, bestii feroci- bus projectus fuit; at ipse eadem potentia qua Daniel in lacu eas mansuefecit, solo se armans signo crucis. Quapropter rursus in chibani incendia in- jectus est sed cum fiducia dicebat: Non deeris mihi, Je- su Christe, us ille su etiam hinc egrediar, voreq; Sancti Spiritus hos reges extinguas, qui romphæam ignitam in introitu Paradisi erorum tui latice eximxisti, ut jideli- bus ad vitam præberes transitum.

Brev. Ro.

Quarto, fornacis ad ejus orationem extindo incendio, splendidior auro eductus, crucis fati- bulo confixus est; ubi Jesu m. cunctis spectan- tibus continuo velut ex optata cathedra praedi- cans, diu tortus fuit, nec inter mortus. Ea illa ergo tandem depositus capite multatus, & gladio percussus.

Proo. 6.

Merito igitur Sapiens pronuciavit: Corona di- gnitatis, senectus quis in vita justitie reperitur. Quali- dicit: Senectus leni est velut corona speciosa & ma- gnifica, si justitia ac virtutum floridis gemmis do- cetur. Multiplex certe est senectutis corona. Nam rot anni, quibus vixit senex, maxime si inculpate vixit, tot sunt flores gloriosum diadema conficien- tes, quo ejus caput coronatur. Et hanc significat corona cantice albicans, quo ejus ornantur tempora, propter quam ei venæratio à junioribus impenditur. Sic movet quidam à Sapiensibus antiquis: Ven- nerare canis vestimenta & coronata tempora habentes ce- dendo senibus in sedendo, & in officio omnibus. Etas ipsa senem, quasi defunctum laboribus & emeritum canis coronat, quasi florido sereno. Est quo- que in senibus corona dignitatis, ipsa corona sapientie, prudentie, experientie. In illis viget mens, ratio judicium, prudentia; quæ omnia eis dignita- tem conciliant, velut corona magna. Quapro- pter de Eleazaro dicitur: Cogitare coepit etate & senecti uti sua eminentiam dignam, & ingenita nobi-

Quarto, fornacis ad ejus orationem extindo incendio, splendidior auro eductus, crucis fati- bulo confixus est; ubi Jesu m. cunctis spectan- tibus continuo velut ex optata cathedra praedi- cans, diu tortus fuit, nec inter mortus. Ea illa ergo tandem depositus capite multatus, & gladio percussus.

An non planè admirabilis his omnibus in- tor- mentis senis constantia? Dicere poterat quod S. Chrylottomus: Ego, cum è civitate fugarer, nihil ho- rum curavi, sed dicebam mecum: Si me vult impera- trix terra discindat, Iam habeo exemplum. Si me in epifi. ad Co- mare vult projicere, Jona reminiscar. Si in caminum rancum, projicere, habeo tres illos pueros, qui id pertulerunt. Si me vult bestia obtere, Danielo meminero. Si lapida- re, Stephanum habeo primum Martyrem. Si caput vult auferre, socium Joannem habeo Baptisam.

Attende, quot Duces habet & locios in sua ad- mirabil

Phocylides.

Phocylides. Ven- nerare canis vestimenta & coronata tempora habentes ce- dendo senibus in sedendo, & in officio omnibus. Etas ipsa senem, quasi defunctum laboribus & emeritum canis coronat, quasi florido sereno. Est quo- que in senibus corona dignitatis, ipsa corona sapientie, prudentie, experientie. In illis viget mens, ratio judicium, prudentia; quæ omnia eis dignita- tem conciliant, velut corona magna. Quapro- pter de Eleazaro dicitur: Cogitare coepit etate & senecti uti sua eminentiam dignam, & ingenita nobi-

Attende, quot Duces habet & locios in sua ad- mirabil

Act. 5.

mirabili passione S. Dionysius. Nam cum flagellatur, socios habet Apostolos, qui *signi habitis sunt pro nomine Jesu contumeliam pati*. Dum craticula superponitur, socium postea habet S. Laurentium. Dum feris obijcitur, socium habet Danielelem & Ignatium. Dum in focuacem injicitur, habet duces tres Babylonios juvenes, & multos alios Martyres habet socios. Dum cruci affigitur, Petrum & Andream inspicit. Dum capite truncatur, respicit Paulum & Baptistam. O beatam societatem! O mirabilem Deum in Sanctis suis!

PARS IV. De miracula post martyriū S. Dion.

Quarto, admirabilem reddidit Deus S. Dionysium post passionem, dum mox corpus truncum se erexit, & caput in manus sumens, Angelico ductu gressum regente, & celesti luce circumfulgente, pendulis illud cepit brachiis vexitare, donec illud deponeret in locum divina ordinatione dispositum. Audiri autem tunc fuit comitatus triumphantem de hostibus Martyrem multitudine celestis exercitus, Deum laudans & modulans: *Gloria tibi Domine, adjuncto frequenter Adhuc Quapropter multi crediderunt, & increduli nimio errore petculi hinc inde diffulgerunt.*

Amputatio capite ambulat.

Job 13.

Poterat itaq; S. Dionysius tunc dicere, alio quam vis sensu, illud: *Animam meam in manibus meis porto*. Utiq; caput in huius corpori sensum & motum, ideo præcipue anima in capite est. Admirabile ergo & apertum fuit miraculum, quod vir sanctus animam, id est, caput, per quot anima debet corpus portare, in manibus mortuus deferret: quodq; corpus, quod motum omnem accipit a capite, illo detruncato ambulare valeret, & recto incedere gressu. Id quidem grande miraculum est, Deo tamen non est difficile, qui id ipsum corpus de pulvere terræ compingens, et spiritum dignatus est inspirare, & redactum in cinerem dignabitur reparare, & vividum perenniter reddere. Eadem igitur potentia, Angelicoq; ministerio, potuit mortuum corpus illud regere, ut in modum viventis incederet ad locum ulque divinitus destinatum, ad declaranda Martyris sui & primi Galliarum Sacerdotis merita gloriosa, ut tanto major gloriæ ejus elucefceret triumphus in loco, quem plurimis postea illustretur erat miraculis.

Diversi Martyres amputatis capitibus ambulantes.

Hoc quidem miraculo & triumpho primum decoravit Deus S. Dionysium, sed ei postmodum sequentibus faculis socios adjunxit multos, ut esset Dux cohortis capite truncato triumphantis & ambulantis.

1. Inter hos celebris est apud Italos Severinus Boëtius, occisus à Theodorico Rege Ariano Anno 526. de quo Julius Martianus in ejus vita, & ex eo Baron. Ticini incolæ semper à majoribus traditum constanter asseverant, & Severinum cum regius spiculator lethale vulnus intulisset, utraque manu divulsam caput sustinisset: interrogatumque a quo se percussum existimaret, respondisse: Ab impiis. Atque ita cuncto in vicinum templum venisset, &

flexis genibus ante Altare S. Synaxim persecipisset, paulo post exspirasse. Adde & S. Proculum Bononiz, de quo Surius r. Junii, qui extra mœnia pallus, intra mœnia caput tulit, ubi nunc Ecclesia ejus.

2. Celebres etiam sunt SS. Victor & Ursus cum sociis sexaginta quinque à legione Thebæa, qui cum in fluminis alveo capite cæsi essent, & in flumen præcipitati, mirabiliter sumptis in manus capitibus & flumine emergentes, processerunt ad locum quendam, in quo gansuicentes, quasi per horæ spaciū precati sunt Deum, & post submittentes capita ad terram requieverunt. Quasi dicerent: *Hæc requies nostra in seculum seculi*. Unde & in eodem loco basilica in eorum est honorem ædificata. Surius 30. Sept.

3. Celebris est apud Belgas S. Piarus, Apostolus *Br. Tor.* Tornacensium, qui verticem sui capitis ob fidem amputatum Tornaco Seclinium detulit, ubi nunc in honorem ejus Ecclesia Collegiata Canonicorum est. Indeque Seclinium dictum putant, quod S. *Chronica* Piarus illic se inclinaisset. Simile referunt *Chronica* Belgica de S. Livino Gandavi Patrono, ab *Eschani Massi* in Houtem caput abscissum portasse ad sepulchrum Angelicis manibus præparatum. De S. *Christoforo* Archiep. preciosam suam coronam cum cerebro amputatam recollectisse. & Cominium ad Ecclesiam pertulisse, ubi flexis genibus ante Altare animam exhalavit, tradit Molanus. Hujus corpus nunc asservatur Brugis in Ecclesia S. Donatiani. De S. Adalbardo, Duacensi Duce, Patrie S. Maurontis, ad sepulchrum suum caput detruncatum tulisse, testatur *Chronicon* Marchianense. Idem dicitur de S. Oelberto Martyre in Osterhour, ad Ecclesiam caput suum abscissum detulisse. Hæc in Belgio.

Chrystof. Henric. l. 11. d. 137. p. 411.

4. Celebres sunt apud Hibernos quadraginta Monachi Cœnobii Magienfis, Ord. Cisterc. qui abscissis capitibus, eisq; readsumptis vesperas B. *Virg. Martiæ* in choro ceciderunt. Item de S. *Deo* mano Anglo Monacho, decollatum caput suum ad fontem ulque portasse & lavasse, tradunt Trophæa Ecclesiæ Anglicanæ. Idem de S. Fingarō, tradit S. *Antel.* in ejus & sociorum passione.

5. Celebres sunt apud Germanos S. Albanus & S. Eliphinus. Hæc posterior Coloniz quiescit in Abbatia S. Martini, ferturq; per unum milliare, comitantibus Angelis, caput ad montem, in quo sepeliri elegerat, detulisse detruncatum. De quo Surius 16. *Octobr.* Sic & S. Albanus Moguntiz honoratus, caput a cervice revulsam, & linguam se adhuc detulisse moritantum ad locum tulit, in quo ibi sepultus est.

Serap. et. l. 2. 7. Hist. Mogunt.

6. Celebres sunt apud Hispanos ob similem causam, S. Laurianus Episcopus Hispalenis, & S. Lambertus Martyr, de quibus Lucius Marinæus lib. 5. histor. Plerique alii enumerantur, quos brevitate causa prætereo.

Morum omnium Dux eto illud & prælegit Deus S. D. A.



S. Dionysium; hanc enim in celo ductabit cohortem speciali gloria adornatam, specialisque huius gloriæ symbolo decoratam in choro Sanctorum. Quapropter de eis dicere possumus, quod in simili S. Basilii: *O sanctorum chororum! o sacrum ordinem! o cunctam inexiguabilem! o communes humani generis custodes, precum ac votorum suffragatores, legati apud Deum potentissimi, astræ mundi flores Ecclesiæ, vos celum excipit, aperit que sunt vobis Paradisi porta, quia dignum exercitibus Angelorum, Patriarchis, Prophetis, & iustis omnibus spectaculum exhibuistis, & admirabile pro pietate trophæum erexitis.*

firmas mulieres voluit esse Duces in hoc prælio, ut confunderet per eorum infirmitatem hostium suorum arrogantiam & praesumptionem. Voluit illud Job verificari: *Iludet ei quasi viri, Job. 40. & ligabis eum ancillis suis.* Hoc de illo scribitur, cui non est potestas similis super terram. Rursus & illud verum esse ostenditur: *Sapientia misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem & nocentia civitatis.*

An non hæc omnia manifesta sunt in S. Teresa? *S. Teresa inflavit Deboræ, contra inimicos Christi (reformans irregulam Ordinem Virorum fortium) spiritu, fortitudinis, sapientia plane admirabili? An non hos docuit per mandibulam Asinæ pugnare & vincere; hoc est, per simplicitatem & humilitatem religiosam, de qua & poltea eis fluxit abundantia aquæ, quasi de mandibula Sampsonis molari dentate? An non eos docuit instar militum Gedeonis confingere lagunculas, inflare tubas, ignem & flammam ostentare, sicque hostes fugare? Quid per Lagunculas constrictas, nisi aulicæ mortificationis; quid per Tubas, nisi sonora prædicationis; quid per ignem & flammam, nisi zelus ardens designatur? His omnibus armis strenqui sub Teresa Duce milites, Dæmones hostesque omnes spirituales vincere potuerunt, quasi inclamantes, DEO ET TERESÆ, sicut olim antiqui illi milites, DEO ET GEDEONI. Sic vere adimpletum est illud, & adimplebitur in finem usque sæculi: Nova bella elegit sibi Dominus, subvertit portas hostium. Rursus & illud: De Cælo dimicatum est. Stella manentes in ordine suo pugnaverunt. Quod enim Religiosi, tot Stella; qui ubi Ordinem suum conservant cum zelo, dimicant adversus spirituales hostes, & facile possunt victoriam reportare de Cælo.*

Cōclusio. O Inclyte Martyr Christi Dionysi, qui specialiter a Deo vocatus, a Paulo instructus, a Clemente Pontifice missus, varias Europæ Provincias Christianis præceptis imbuisti, & Gallicanæ Ecclesiæ fundamina jecisti, eaque tuo sanguine fortiter & admirabiliter rigasti, ac pacem Christi undique nuntiasti: Respice Christi Ecclesiam, variis conspiratam hæresibus, turbatam & rursatam Regum & Principum dissidiis, contritam bellis & armis, inspiraque Principibus sana consilia, sanctam concordiam, beatam unionem. ut populi in tua protectione confidentes, sentiant sibi tuâ intercessionem pacem restitui, pietatem augeri, per quam ad æternitatis pacem valeat respirare, & decantare: *Mirabilia Deus in Sanctis suis, ipse dabit virtutem plebi suæ, benedictus Deus.*

PRO FESTO S. TERESÆ.

Lect. 55. *Cessaverunt fortes in Israel, donec surgeret mater in Israel. Nova bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subvertit. Jud. 5.*

Pars I. Infirma mundi eligere solet Deus, ut confundat fortia: sicque suam manifestam facit & potentiam & sapientiam. Hoc frequentissime fecit jam ab initio sæculi. Per tubas destruxit Jericho. Per lagunculas in fugam vertit exercitum Madianitarum. Per rana subigit Ægyptum. Per mandibulam Sampsonis sternit Philisthæos.

Neque solum per firmiorem sexum acies suas instruxit: sed etiam mulieres belli sui Duces constituit, ut per infirma mundi confunderet fortia. Sic per Jahel mulierem, vincit Sisera exercitus copiosissimi & fortissimi Ducem. Sic per Judith confundit Holofernem in fortitudine exercitus sui gloriantem. Sic suscitavit Deborah, ut sit Dux belli. *Cessaverunt fortes, donec surrexit mater in Israel. Nova bella elegit sibi Dominus, portas hostium subvertit.*

Non ab simili modo, ut Dæmonem sibi juratum hostem sternat, non solum eligere voluit Angelicos spiritus, fortissimos & potentissimos bellatores vexillo suo præferentes pro symbolo militari: **QUIS UT DEUS?** Neque solum elegit bellatores Viros sanctos, quis in dæmon virtute ex alto: sed etiam in-

Jud. 5.

Jud. 9.

ag-tes